

Joannes Baptista, & Saluator noster exordium predicatio- nis sue a Penitentia fumerunt, dicentes: Penitentiam agite: appropinquate enim regnum Celorum: ostenden- tes ad regna Celorum neminem posse perungere, nisi pri- mum per penitentiam Deo curaverit satisfacere. Hinc etiam in Actibus Apostolorum legitur, quod credentes ve- niebant ad Apostolos, annuntiantes actus suos. § 5. Ex his omnibus facile monstratur, sine confessione nullum ve- niam posse promereri. Hinc etiam ait

LXI. LEO Papa Epist. 78. al. 80. ad Episco- pos Campanie. [an. 459. Roma in Campa- niam.]

Officiu penitentium illa confessio, que primam Deo offertur, tum etiam Sacerdoti, qui pro delictis peni- tentium precatorem accedit.

LXII. IDEM ad Ruficum Narbonen- sem Episcopum, Epist. 90. al. 92. cap. 7. [an. 443. Roma in Galliam.]

Poenitentia, que dilata est, cum studiosus petita fuerit, non negetur; ut quomodocumque ad indulgentie medici- nam anima vulnerata perveniat.

LXIII. IDEM AUGUSTINUS in sermone de Penitentia; al. lib. de Penitentia me- dicina. [forte c. an. 428. in Africa.]

Non sufficit mores in melius commutare, & a prete- ritis malis recedere, nisi etiam de his, que facta sunt, satisfiat Deo per penitentiam dolorem, per humilita- tis gemitum, per contriti cordis sacrificium, cooperantibus elemosinis, & jejuniis. § CORR. ROM. a Et jejunius. Hoc non est apud B. Augustinum, neque Bedam, neque Magistrum sententia- rum, neque Polycarpum.

LXIV. IDEM AMBROSIIUS in c. i. Luca. [an. 376. Mediolani.]

NOvit Dominus mutare sententiam, si tu noveris emen- dare delictum.

LXV. IDEM LEO Papa, Epist. 90. al. 92. ad Ru- ficum, c. 8. [an. 443. Roma in Galliam.]

Aliud quidem est debita juste & a repositere: aliud pro- pria, perfectionis amore contemneri. Sed illicitorum veniam postulantem oportet a multis etiam licitis abstinere, dicente Apostolo: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Unde si quis penitens habet causam, quam negligere forte non debeat, melius expetit Ecclesiasticum, quam forense judicium. § PITH. 2. V. C. iustia. § Quis. Delent 2. V. C.

LXVI. IDEM HIRONYMUS in c. i. Joë- lis. [an. 408. in Palestina.]

Qui sanctus Sacerdos est, & comedit in Pascha Do- mini: accingatur balneo catitis, & audiatur cum Apostolis: Sint tibi vesivi precipendi, & lucerna ar- dentes in manibus vestris. Qui autem peccator est, & quem remordet propria conscientia; cilicio accingatur, & plangat vel propria delicta, vel populi: & ingrediatur Ec- clesiam, de qua proper peccata fuerat egressus; & cubet, vel dormiat in sacco: ut preteritis delictis, per quas of- fenderat Deum, victo austeritate compenset.

LXVII. IDEM in Amos Prophetam, ad c. 9. [an. 408. ibid.]

SI agamus penitentiam, ipsum quoque sue penitebit fen- tentia. Rursum juxta eundem Jeremiam a promit- tit prospera. Si negligentia dissolvamur, & illum peni- tebit sponsionis sue, promissaque mutabit. Cujus rei exem- plum Ninivitas, & Hierusalem habere possumus; quorum alii de imminentibus supplicibus liberati sunt: alii, que Patri- bus promissa fuerant, perdidit. § CORR. ROM. a Jeremiam. Sic emendatum ex ipsis Commentariis B. Hieronymi, & uno vetusto exemplari Gra- tiani. Nam in ceteris est, quemadmodum, in vulgatis, juxta eundem Hieronymum promittit prospera, si peni- tentiam egerimus. Quod si negligentia, &c.

LXVIII. IDEM super Daniele ad c. 4. [c. an. 410. ibid.]

Quamobrem Rex consilium meum placeat tibi, & pec- cata tua elemosinis redime, & iniquitates tuas mi- sericordiis pauperum: forsitan ingruet Deus delictis tuis. Si preddixit sententiam Dei, que mutari non potest, quo- modo hortatur ad elemosinas, & misericordias pauperum, ut Dei sententia commutetur? Quod facile solvitur Eze- chie Regis exemplo (quem Elias dixerat esse mortuum) & Ninivitarum, quibus dictum est: ad huc quadragesima dies, & Ninive subvertetur. Et tamen ad preces Eze- chie, & Ninive, Dei sententia commutata est, non vanitate judici, sed eorum conversione, qui meruerunt

indulgentiam. Alioquin & in reverentiam loquitur Deus se mala minari super gentem; & si bona fecerit, minas cle- mentiam commutare. Rursum bona agenti se asserit polli- cienti indulgentiam: & si male fecerit; dicit se suam mutare sententiam, non in homines, sed in opera, que mutata sunt. Neque enim Deus hominibus, sed vitis irascitur: que cum in homine non fuerint; nequaquam punit quod mutatum est. Dicamus & aliter. Fecit quidem Nabuchodonosor juxta Danielis consilium misericordias in pauperes: & idcirco usque ad mensam duodecimam in eum est dilata sententia. Sed quia postea ambulans in aula Babylonis gloriatur, & dicit: Nomen hac est Babylon magna, quam ego adifi- cavi in donum Regni in robore fortitudinis mee, & in gloria nominis mei: bonum misericordias perdidit ma- lo superbia: forsitan ingruet Deus delictis tuis. Cum Beatus Daniel prescius futurorum de sententia Dei dubitet; rem temerariam facient, qui audacter peccatoribus indulgen- tiam pollicentur. Et tamen sciendum, quod si Nabucho- donosor bona opera facienti, venia reponitur, multo magis aliis promittitur, qui leviora peccata commiserunt. § CORR. ROM. a Commutata est. Que sequuntur, ut etiam multa alia, emendata, & locupletata sunt ex ori- ginali, prater verbum, reverentiam, (quod esse debet Je- remia,) idque ob Glosiam.

LXIX. IDEM P. [imò Origenes ad c. 3. Ju- dianam. c. an. 217. in Egypto.]

Vide benignum Dominum misericordiam cum severitate miscentem, & ipsius pene modum iusta & clementi- libratione a penitentem. Non in perpetuum tradidit poene delinquentes; sed quanto tempore iniquitatis, tempore fervierit Balaam, tanto servavit Chufarfaton, hoc est, octo annis. Disce & hoc, o tu Auditor, quisquis ille es, qui tibi con- fiteor es alicujus erroris; & quanto tempore errasse te nosti, quanto tempore deliquisti; tanto nihilominus tempore hu- militia te ipsum Deo, & satisfactio ei in confessione peniten- tiae: non expectes, ut humiliter te Chufarfaton, & invito necessitas extorqueat penitentiam: sed ipse prevenit tortu- ris istius duritiam: quia, si te ipse emendaveris, si te ipse correxeris; pius est Deus, & misericors, qui vindictam temperet ab eo, qui illum penitendo prevenit. Sed illud consideremus; quia donec servierit Chufarfaton ii, qui traditi fuerant pro delictis suis, & non clamaverunt ad Dominum; nemo fuscitatus est, qui salvare eos posset. Cum vero clamaverunt ad Dominum; tunc fuscitavit Do- minus Salvatorem Israel: & salvavit eos. § CORR. ROM. a Libratione. Antea legebatur, deli- beratione. Emendatum est ex homilia Origenis, quemad- modum & alia nonnulla. § Quanto. Hec pars videtur potius sumpta ex Glosia ordinaria, quam ex ipso Origene.

LXX. IDEM HIRONYMUS in c. 5. Epi- stolæ ad Ephesios. [an. 386. in Palestina.]

Ecclesia Christi gloriosa est, non habens maculam, neque rugam, aut aliquid istiusmodi. Qui ergo peccator est, & aliqua sorte maculatus; de Ecclesia Christi non potest appellari, nec Christo subiectus dici. Possibile autem est, ut quomodocumque Ecclesia, que prius rugam habuit, & maculam, in juventutem, & munditiam postea restituatur; ita & peccator curat ad Medicum; quia non habent opus sani Medico, sed male habentes; ut curentur vulnera ipsorum; & fiant de Ecclesia, que est corpus Christi. § CORR. ROM. a Et maculam. Restitutum est locus ex originali. Antea legebatur, maculam, & immundi- tiam, & postea restituta est.

LXXI. IDEM in c. i. Amos. [an. 408. ibid.]

Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non convorsam eam. Juxta tropologiam hoc possumus dicere. Primum peccatum est cogitare, que mala sunt. Secundum, cogitationibus acquiescere perveris. Tertium, quod mente decreveris, opere complevisse. Quartum, post peccatum non agere penitentiam, & in suo sibi complacere delicto.

LXXII. IDEM Epist. 65. ad Pammachium, & Oceanum. [an. 390. ibid.]

Secunda post naufragium tabula est, culpam simpliciter con- fiteri. Imitati estis errantem: imitamini & correptum. Erravimus juvenes, emendemur fenes: jungamus gemitus, lacrymas copulemus.

LXXIII. IDEM. [imò Rabanus c. an. 840. in Germania.]

Quia Divinitatis natura clemens est, & pia, magisque ad indulgentiam, quam ad vindictam prona, quia non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur, & vivat; si quis post lapsum peccatum ad veram penitentiam se con- vertit; cito a misericordie Judice veniam impetrabit. § CORR. ROM. Caput hoc est in Commentariis ad c. 3. Lamentationum Jeremie, qui non sunt B. Hieronymi, sed Rabani.

4. Reg. 10. Eja. 38. Iona 3.

Sent. 4. dist. 17. al. comedite Pascha oris. Malach. 3. Luc. 12.

XI. 4. l. claud. Ansel. l. 11. c. 141. al. iusta. I. Cor. 6.

Beda 2. Cor. c. 12. Sent. 4. dist. 16. Polye. l. 6. tit. 20. al. factis.

Inf. ead. c. Polye. l. 6. tit. 20. Ivo, p. 16. c. 167. al. enim.

Math. 3. Act. 19.

LXXIV. IDEM in c. 12. Osee. [an. 410. ibid.]

NE forte peccati memores tardius revertantur; [Adhuc, inquit, federe vos faciam in tabernaculis, sicut in diebus festivitatis:] ut quod facit Baptisma, hoc faciat Penitentia; & habitent in tabernaculis Salvatoris, hoc est, in Ecclesiis. § CORR. ROM. Antea citabatur ex eodem in Mala- chiam.

LXXV. IDEM in c. 9. Danielis. [c. an. 410. ibid.]

Prædixerat Jeremias septuaginta annos desolationis Templi, post quos rursum veniret populus in Judæam, & ædificaretur templum, & Jerusalem. Que res Daniele non facit negligentem, sed magis provocat ad rogandum; ut quod Deus per suam promittit clementiam, per horum implet preces; ne negligentia superbia, & superbia pariat offensam. § 1. Denique in Genesi legitur centum viginti annos penitentia constitutos ante diluivium: qui, quia tanto tempore, hoc est, centum annis noluerunt agere penitentiam; nequaquam expectat, ut & viginti alii compleantur; sed inferit ante, quod postea fuerat comminatus. Unde & ad Jeremiam dicitur ob duritiam cordis populi Judæorum: Ne oras pro populo hoc, quia non audiam te. Et ad Samuel: suscipies inges super Saut? & ego abjeci eum. In cinere igitur, & sacco postulat implet, quod promiserat Deus: non quo esset incredulus futurorum; sed ne securitas negligentiam, & negligentia pareret offensam.

LXXVI. IDEM AMBROSIIUS in sermone in Domina de Abraham. [c. an. 387. Mediolani.]

Operibus misericordie Deum non eminus, sed nosmetipsos redimimus.

Medicina misericordie tollit peccata magna. Habemus etiam plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus; pecuniam habes; redime peccatum tuum. Non venalis est Dominus; sed tu ipse venalis es. Peccatis tuis venudatus es: redime te operibus tuis; redime te pecunia tua: vilis pecunia; sed pretiosa est misericordia. § 1. Eleemosyna, inquit, & peccato liberat. Crimina ergo elemosinis redimuntur.

CORR. ROM. Caput hoc habetur in libro de Heliâ, & Jejunio; & ibi hæc anteceditur: Et si graviâ deliquimus, magnam Medicinam invenimus: magnam Medicinam gratie ejus accepimus. [Medicina enim tollit peccata magna.] Abest autem vox, misericordie, etiam a loco Ecclesiastici, c. 10.

LXXVII. IDEM JOANNES OS aureum, homil. 9. ad c. 6. Epistolæ ad Hebræos. [c. an. 400. Constantinopoli.]

Medicamentum fortius quod maxime operatur in poeni- tentia, hoc est. Sicut in præceptis Medicinæ medica- mentum multas quidem herbas accipit, unam autem domi- nantissimam; sic & in Penitentia, dominantior ista herba, & potentior est; & univesum ipsa efficit. Audi enim quid dicit divina Scriptura: Date elemosynam, & ecce omnia mundata sunt vobis.

CORR. ROM. Græcè sic habet, το γαρ μωδα ιερων ενταλματων το φαρμακον της μετανωιας, τωτο ενι, η καταπραξ ενι τω ιατρικων βοηθηματων ενι φαρμακω πωδης μω λαμβωαν βοτάνας, μωδ δει τω χωριστω, ενω η ενι της μετανωιας αυτω η βοταν χωριστω, η το πω αυτω γινωτο εν, id est, Nam quod maxime validum reddit medicamentum penitentia, hoc est. Et sicut in medicamentis auxiliis est medicamentum, quod multas quidem herbas recipit, sed unam precipuam, ac potentissimam: ita etiam in Penitentia, hæc ipsa est potentior herba: ipsaque omnino totum præstiterit. Audi, &c.

LXXVIII. IDEM AMBROSIIUS lib. i. de Penitentia, c. 2. [an. 374. Mediolani.]

Deus definitionem non facit, qui misericordiam suam promittit omnibus; & relaxandi licentiam Sacerdotibus suis sine ulla exceptione concessit. Sed qui culpam exage- ravit, exaggeret etiam Penitentiam. Majora enim crimina majoribus abluntur fletibus.

LXXIX. IDEM lib. 2. de Penit. c. 10. [an. 374. ibid.]

Leat pro te mater Ecclesia, & culpam tuam lacrymis lavet. Videat te Christus morentem, ut dicat: Beati tristis, quia gaudes. Amat, ut pro uno multo roget. Denique in Evangelio motus vidæ lacrymis, quia plurimi pro ea flebant, hilius ejus resuscitavit.

LXXX. IDEM eodem libro 2. c. 11. [an. 374. ibid.]

Adam post culpam statim de Paradiso Deus ejecit. Non distulit; sed statim separavit a deliciis, ut ageret peni- tentiam; statim tunicam vestivit pelliceam, non scricam.

PAR. I.

LXXXI. IDEM AUGUSTINUS in lib. 50. Hom. Homilia ult. c. 3. [c. an. 415. in Africa.]

TRES sunt actiones Penitentia, quas mecum vestra erudicio recognoscit. Sunt enim unitate in Ecclesia, & diligenter attendentibus nota. Una est, que novum hominem parturit, donec per Baptisma salutare omnium præ- ritorum fiat ablutio peccatorum. & paulo post. Omnis enim, qui jam arbiter voluntatis sue constitutus est, cum accedit ad Sacramenta fidelium; nisi eum poeniteat vitæ veteris, novam non potest inchoare. Ab hac poenitentia, cum baptizantur soli parvuli sunt immunes. Nondum enim uti possunt libero arbitrio. Quibus tamen ad consecrationem, remissionemque originalis peccati prodest eorum fides, a quibus offeruntur. § infra c. 4. § 1. Altera verò Poeni- tentia est, cujus actio per totam istam vitam, qua in carne mortali degimus, perpetua supplicationis humilitate subeunda est. Primo, quia vitam æternam, incorruptibilem, immor- talemque nullus desiderat; nisi eum vitæ hujus temporalis, corruptibilis, mortalisque poeniteat. Non enim sic quisque in vitam novam per sanctificationem Baptistam nascitur, ut quemadmodum deponit ibi omnia peccata præterita; ita etiam statim mortalitatem ipsam carnis, corruptionemque deponat. § infra, c. 9.

2. Tertia actio est Poeni- tentia, que pro illis peccatis subeunda est, que legis Decalogus continet; & de quibus Apostolus ait: quoniam qui talia agunt, Regnum Dei non possidebunt. In hac ergo Poenitentia majorem quisque in se severitatem debet exercere; ut a seipso judicatus, non judicetur a Deo: sicut idem Apostolus ait: Si quis nosmetipsos judicaverim, & Dominum non utique judicavimus. & infra § 3. Est etiam Poenitentia P. bonorum & humilium fidelium prax quotidiana, in qua pectora tundimus, dicentes: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Neque enim ea nobis dimitti volumus, que dimissa non dubitamus in Baptismo; sed illa utique, que humanæ fragilitati quamvis parva, tamen crebra subreunt: quæ collecta contra nos fuerint; ita nos gravant & oppri- ment, sicut unum aliquid grande peccatum. Quid enim intereat ad naufragium, utrum uno grandi fluctu navis operiatur, & obruatur; an paulatim subrepens aqua in sentinam, & per negligentiam derelicta atque contempta implet navem, atque submergat? Propter hæc, jejunia, & elee- mosynæ, & orationes invigilant: in quibus cum dicimus: [Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus;] manifestamus habere nos, quod nobis dimittatur: atque in his verbis humiliares animas nostras, quotidianam quodam- modo agere penitentiam non cessamus.

CORR. ROM. Caput hoc confectum est ex verbis B. Augustini in libro 50. Homil. homil. ult. (que etiam habentur ferè eadem in lib. de Penitentia Medicina, c. 2.) & in Epist. 108. ad Seleucianum. a Baptisma salutare. In homilia legitur, per Baptisma salutare: in libro autem de Penitentia Medicina, que novum hominem per Baptisma parturit: donec salutaris omnium præteriorum peccatorum fiat ablutio. § Et infra.] Que sequuntur, integre habentur in Epistola ad Seleucianum: sententia tamen, & aliqua verba leguntur etiam in eadem homilia, cap. 8. & in libro de Penitentia Medicina, eodem cap. 2. ubi de secunda actione Penitentia agit. Referuntur enim ad illam, que nunc subjungitur.

Est etiam. Antea legebatur, Est enim. Emendatum est ex loco indicato, & duobus vetustis Gratiani exemplaribus. Longè enim diversa est hæc Penitentia a proximè com- memorata.

CORR. ROM. Caput hoc confectum est ex verbis B. Augustini in libro 50. Homil. homil. ult. (que etiam habentur ferè eadem in lib. de Penitentia Medicina, c. 2.) & in Epist. 108. ad Seleucianum.

LXXXII. IDEM GREGORIUS. [an. 590. Romæ.]

SI peccatum David tam detestabile Dominus transulit; quid est, quod post omnia, que de eodem peccato per Prophetam ei à Domino dicta sunt, postmodum tanta tole- ravit? Sed proculdubio Dominus delictum sine ultione non deserit. Aut enim ipse hoc in se poenitens punit; aut hoc Deus cum homine vindicans percussit. Nequaquam igitur peccato parcitur: quia nullatenus sine vindicta laxatur. Sic enim David audire post confessionem meruit: Dominus transulit peccatum tuum: & tamen post multis cruciatibus afflictus, ac fugiens, reatum culpæ, quam perpetraverat, exolvit. Sic nos salutis undã à culpa primi hominis absolvimur. Sed tamen reatum ejusdem culpæ diluentes, absoluti quoque adhuc carnaliter obimus: quia delicta nostra, si per nos, si per semetipsum refecat etiam, cum relaxat. Ab Electis enim suis iniquitatum maculas studet temporalis afflictione tergere, quas in per- petuum non vult in eis videre.

CORR. ROM. Caput hoc integrum quidem habetur in Commentariis, qui nomine Eucherii sunt editi, lib. 2. Reg. c. 8. sed magnam quoque partem apud B. Gregorium lib. 9. Moral. c. 27.

Obimus. Apud B. Gregorium sequitur, Bene ergo dicitur [scilicet, quod non parceret delinquenti] quia, &c. repetit enim ipse verba illa [Job sibi ad interpretandum pro- polita. Eucherius autem habet ut Gratianus.]

VI. PARS. Polye. l. 6. tit. 20. Ansel. l. 11. c. 157. 2. Reg. 12. Ibidem.

Sent. 4. dist. 17. al. comedite Pascha oris. Malach. 3. Luc. 12.

XI. 4. l. claud. Ansel. l. 11. c. 141. al. iusta. I. Cor. 6.

Beda 2. Cor. c. 12. Sent. 4. dist. 16. Polye. l. 6. tit. 20. al. factis.

Inf. ead. c. Polye. l. 6. tit. 20. Ivo, p. 16. c. 167. al. enim.

Math. 3. Act. 19.

Et in lib. de poenitentia medicina, c. 2. V. PARS. dist. 16.

Gal. 5. Bede i. Co- rinth. 11. De confes- sione. dist. 4. agunt homines. q. penit. Matth. 6.

al. vind- care.